Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



erzo dn̄m messis ut mittat operarios in messem suam.

Messis multa populorum significat multitudinem, operari pauci penuriā magistrorum. Isti sunt operarii de quib: psalmista loquitur. qui seminant in lacrimis in gaudio metent. euntes ibant & flebant portantes semina sua. Uenientes aūt uenient in exultatione portantes manipulos suos. & ut aptius loquar. messis multa omnis turba credentiū ē, operarii pauci: apostoli & imitatores eorum qui mittuntur ad messem.

Ecce ite ego mitto uos sicut agnos inter lupos. lupos scribas & pharisaeos uocat qui sunt clerici iudaeorum. Nolite portare sacculū neq: peram neq: calciamenta & neminē per uiam salutaueritis.

Tanta p̄dicatori deb& indō ēē fiducia ut p̄sentis uitae sumtus quāuis non preuideat. tamen sibi hos non de ēē certissime sciat. nedūmen seius occupatur ad temporalia minus aliis p̄uideat aeterna. cui & iam p uiā neminem salutare conceditur ut sub quanta festinatione iter p̄dicationis p̄gere debeat ostendatur. quae si quis uerba & iam p allegoriā uelit intellegi in sacculo pecunia clausa ē. Pecunia uero clausa ē sapientia occulta. qui igitur sapientiae uerbum hab& sed hanc erogare p̄ximo neglegit. quasi pecuniā in sacculo ligatā ten& & scriptum ē, sapientia abscondita thesaurus occultus quae utilitas in utrisq:. Quid uero p̄peram nisi onera scl̄i. & quid hoc loco p calciamenta nisi mortuorum operum exempla signantur. Qui ergo officium p̄dicationis suscipit dignus non ē ut onus saecularium negotiorum port& Nedum hoc eius collo deprimit ad p̄dicanda caelestia non adsurgat. nec deb& stultorum operum exempla conspicere ne sua opera quasi ex mortuis pellib: credat munire. Omnis uero qui salutat in uia ex occasione salutat itineris non ex studio obtinende eiusdem salutis. qui igitur non amore aeterne patriae sed p̄miorū ambitu salutem audientib: p̄dicat. quasi in itinere salutat quia ex occasione & non ex intentione salutem audientib: exoptat.

In qua cumque domum intraueritis primum dicite pax huic domui & si ibi fuerit filius pacis requiescit super illam pax uestra. sin autem ad uos reuertetur.

Pax q: ab ore p̄dicatores offertur aut requiescit in domo si in ea fuerit filius pacis aut ad eundem p̄dicatorem reuestitur. quia aūt erit quisq: p̄distinatus ad uitā & caeleste uerbum sequitur. quod audit aut si nullus uoluerit audire ipse p̄dicator sine fructu non erit. qui ad eum pax reuertitur. q nm̄ ei ad nō p labore sui operis reconpensatur. Ecce aūt qui peram & sacculum portari p̄hibuit. sumtus & elimenta ex eadem praedicatione concedit. Nam sequitur.

In eadem aūt domo manete edentes & bibentes quae apud illos sunt.

Si pax nr̄a recipitur dignum ē ut in eadem domo maneamus edentes & bibentes que